Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



QVS

preterire eos. At illi ut uiderunt
eum ambulantem supra mare
putauerunt fantasma esse. et excla
mauerunt. Omnes enim eum vi
derunt et turbati sunt. Et stati
locutus est cum eis. et dixit illis
Confidite ego sum nolite timere
Et ascendit ad illos in nauim. et
cessauit uentus et plus magis in
tra se stupebant non enim intelle
xerant de panibus. Erat enim cor
illorum obcecatum. Et cum trans
fretassent pueuerunt in terram
genesareth. et applicuerunt. Cum
que egressi essent de naui continuo
cognouerunt eum. Et percur
rentes uniuersam regionem illam
ceperunt in grabbatis eos qui se
male habebant circumferre ubi
audiebant eum esse. Et quocum
que introibat in uicos uel uillas. aut
ciuitates in plateis ponebant in
firmos. et deprecabantur eum ut
uel fimbriam uestimenti eius tan
gerent. Et quotquot tangebant
eum salui erant fiebant omnes

Et conueniunt VII
ad eum pharisei et quida
de scribis uenientes abie
rosolimis. Et cum uidissent qs
dam ex discipulis eius communi
bus manibus id est non lotis ma
nibus manducare panes inpu
perauerunt. pharisei enim et om
nes iudei nisi crebro lauent man
non manducant tenentes tradi
ciones seniorum. et a foro nisi bap
tizentur non comedunt. et alia
multa que tradita sunt illis seru
are baptismata calicum. et ur
ceorum. et eramentorum et lecto
rum. Et interrogauerunt eum et scribe
et pharisei. Quare discipuli tui
non ambulant iuxta traditionem
seniorum. sed communibus man
ibus manducant panem. At ille
respondens dixit eis. Bene pro
phetauit ysaias de uobis ypocri
tis. Sicut scriptum est. Populus
hic labis me honorat. cor autem
eorum longe est a me. In uanum
autem me colunt docentes doctri
nas precepta hominum. Relin
quentes enim mandatum dei tenen
tes traditionem hominum. Bap
tismata urceorum. et calicum et
alia similia his multa facitis. et
dicebat illis. Bene irritum facitis
preceptum dei. ut traditionem ues
tram seruetis. Moyses enim dixit
Honora patrem tuum et matrem
tuam. et qui maledixerit patri
aut matri morte moriatur. Vos
autem dicitis. Si dixerit homo pa
tri aut matri corban quod est don
quod cumque ex me est tibi profuerit
et ita non dimittitis eum quidquam
facere patri suo aut matri restim
dentes uerbum dei per traditionem
uestram quam tradidistis et similia
huiusmodi facitis multa. Et adui
cans iterum turbam dicebat il
lis. Audite me omnes et intelli
gite nichil est extra hominem
introiens in eum quod possit eum
coinquinare. Sed que de homine